Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker    Johan Daniel Christiani

# Divina Annuente Gratia, Disputationem Iuridicam De Grassatoribus

Rostochi[i]: Richelius, 1670

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74150572X**

Druck    Freier Zugang    PUBLIC DOMAIN

Räuber

RU jur 1670

Heinr. Rud. Redeker, Pr. /a

Johann Daniel Christiani, Resp

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74150572X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74150572X/phys_0002
DFG

61

# DIVINA ANNUENTE GRATIA,

## DISPUTATIONEM JURIDICAM

*DE*

# GRASSATORIBUS

ſub PRÆSIDIO

*VIRI Excellentiſſimi atq; Conſultiſſimi*

## DN. HENRICI RUDOLPHI Redeckern/

J. U. D. & Prof. Publ. famigeratiſſimi, Conſi-
ſtorii Ducalis Aſſeſſoris graviſ-
ſimi.

Præceptoris, Fautoris, atq; Promotoris
ſui ætatem venerandi.

*publico Eruditorum examini ſiſtet*

## JOHANN-DANIEL CHRISTIANI,

SVERINO-MEGAPOLITANUS.

AUTHOR.

In Auditorio Majori,

d. 3. December.

ROSTOCHI

Typis Jacobi Richelii, Sen. Typograph.

Anno cIↃ IↃc LXX.

1670

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74150572X/phys_0003
DFG

# SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
# DN. CHRISTIANO LUDOVICO,

Duci Mechlenburgico, Principi vetuſtæ Gentis Henetæ, Sverini ac Raceburgi, Comiti Sverinenſi, Dynaſtæ Roſtochienſis ac Stargardienſis territorii, Ordinum Eqveſtrium Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Heroi magnanimo, Domino meo clementiſſimo,

Univ.-Univ.-Bibliothek Roſtock

*Haſce Muſarum primitias ſacras eſſe volo*

humillimus ſervus

JOHAN DANIEL CHRISTIANI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74150572X/phys_0004
DFG

I, N, D.

# DE GRASSATORIBUS.

EXplodendus meritò eſt ille multorum error, omnibus ferè malis, qvibus paſſim judicia crepant, MEUM & TUUM, qvæ pronomina, diſtinctis ex jure gentium rerum dominiis, cæperunt, anſam dediſſe. Qvam in ſententiam Papa Clemens *in c. dilectiſſ. 12. q. 1. Communis uſus omnium, quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc SUUM eſſe dixit, alius iſtud, & ſic inter mortales diviſio eſt facta.* Sed falluntur: Nec enim unqvam, qvod præcipuum contrariæ ſententiæ fundamentum eſt, aut rerum communio jure naturali vel divino præcepta eſt, qvia contrarium patet ex *Gen. 32. v. 8. Gen 4. v. 2. 3.* aut homines in talem rerum omnium communionem conſenſerunt. Qvicqvid etiam ſit anilium fabularum, qvibus Poëtæ in deſcriptione aurei ſeculi immanè qvantum gloriantur. Hinc nec occupatio, qvæ modus antiqviſſimus fuit acqvirendi ejus, qvod antea omnibus communiter patebat *l. 1. ff, d. A. vel A. P.* per iniqvitatem facta *l. 12 13. pr ff. d. hered. pet.* Suo qvippe innixa eſt titulo, ſc. jure hereditario ab Adamo ad poſteros translato, ut qvod nullius eſt, cedat occupanti, *vid. Mejer. ad l. 2, Polit. Ariſtot.* ceſſante ſc. fam. herciſc. judicio, propter rei, qvæ hactenus nullius erat, dividendæ impoſſibilitatem. Occupatio itaq; non per, ſed ob iniqvitatem evitandam facta *l. 77. §. 20. de legat. 2. l. 26. ff. d. S. P. U.* juſtitiæ & rectæ rationi omninò conformis eſt; adeoq; ultro ſeqvitur, ut qvod qvisq; animo ſibi habendi occupârit, id ei eripere alter, niſi per injuriam, non poſſit, *Grot. d. J. B & P. l. 2. c. 2. n. 2. l. 1. c. 1. n. 10.* Hinc nullum ſcelus apud Schythas furto gravius

 fuit.

fuit. *Juſtin l. 2. hiſtor. c. 2.* Rapina verò eò deteſtabilior eſt, *pr. J. d. vi bon. rapt.* qvò pejus illud delictum, qvod & ſuum poſſeſſoribus aufert, & contrariū actum voluntati patientis infert *arg. l. 145. d. R: J. §. 7. J. d. obl. quæ ex del. Ariſtot. l. 5. Eth c. 9.* Hujus præcipua ſpecies eſt GRASSATURA *vid l. 16. §. 6. d. pœn.* qvam in viis publicis GRASSATORES, homines ſpoliando, exercent *l. 28. § 10. eod.* De qva utpote materia in foro freqventi ac cognitu neceſſaria, præſenti hâc Diſputatione, pro ingenii modulo, faxit Deus feliciter! acturus ſum.

I. Eſt autem *graſſari*, à qvo derivatur *Graſſator*, à *gradi*, qvod eſt ambulare, tractum videlicet ab impetu gradiendi *Feſt. l. 7.* hinc *graſſari gradu. Plautus in pœn.* Hactenus enim verbum hoc μέσον eſt, & in bonam etiam partem ſumitur *Saluſt. Jugurth.* virtutis gradu ad gloriam graſſari, *Tacit. l. 4. Annal. c. 47.* eminus in hoſtem graſſari, *Plaut. in Bacch.* graſſari via, pro incedere ambulare, *Afranius.* conſimili graſſantur via, à qvibus hic eſt omnis cultus. In ſiniſtram verò partem accipitur freqventiùs, & ita. 1. *Latè* qt. diverſi generis vitia & delicta deſignat. *Feſt. all. l. 7.* ſic graſſari antiqvi ponebant pro adulari. *Noni: Marcell: d. proprietat. ſerm. Lit.* G. deinde graſſari dr. ſupra modum ſevire. *Perott. in cornu copiâ col. 149. 37.* gradiendo ſœvire. *Flor. l. 1. c. 16.* Saltibus ferè & montium fraude graſſari. Et ita qvoqve in jure Juſtinianeo ipſa vocis ſignificatio delictū involvit, & latè etiam ſumitur veluti, graſſari in re familiari. *l, 6 ff. d. Suſpect. Tut.* in Tutela *l. 3. § 5. ff. §. ult. Inſt.. d. t.* qvando ſc: qvis, ſub prætextu gerendi pupilli negotia, res ejus malitioſe contrectat. Latrones qvoqve graſſari dicuntur *d. l. 28. §. 15. famoſos ff. d. pœn.* qvi tn. plurimùm prædæ causâ id faciunt. *l. 20. §. 1. d. P. V.* multisq; graſſantibus exemplo opus eſſe dicitur in *d. l. 16. §. fin. d. pœn.* 2. *Strictè* & propriè dicuntur illi graſſari, qvi ex inſidiis viatores, citra cædem, adoriuntur, bonisq; exuunt *d. l. 28 §. 10. ff. d, pœn.* Eosq; ipſæ LL. ſæpiuſculè cum latronibus, *Sveton. in Cæſare c. 72.* cum Sicariis conjungit. De qvibus *Juvenal. Satyr 3. ferro ſubito graſſator agit rem.* Et *Cicer. de Fato* Hoc enim modo viator qvoqve benè veſtitus cauſa graſſatori fuiſſe dr. cur ab eo ſpoliaretur. Hæc ultima ſignificatio hujus eſt loci,

qvando

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74150572X/phys_0006
DFG

qvando ſe qvis hoſtiliter in Republ. graditur, hoſtis tamen propriè non eſt *l. 118. d. V. S.* Ubi præclarè *Rebuff.* Hoſtis etenim, in hac ultima ſignificatione, graſſari dici neqvit, qvia Bellum id demum juſtum, qvod eſt ſpecies legitimæ defenſionis, vel juſtæ offenſionis *Limn. in Cap. Car. V. p 173. & ſeqq. Lipſ. l. 5 civil. doct. c. 4.* & deficiat ibi Judex, corá qvo conveniri, deq; juſtitia cauſæ diſceptare poſſint, *Grot. l. 2. c. 1. §. 16. d. J. B. & P. all. Dd.* adeoq; â legitimis militibus excluduntur graſſatores & vagabundi, qvi militare ſolent ſicut catulus in ſilvis, vide *R. J. de Ao. 1555.* §. und damit angeregte.

II. Vocantur alias Expilatores, qvod ne pilum qvidem, ut ait *Aſcon.* in corpore ſpoliatorum relinqvant. *l. 1. d. effract.* ubi *Pac. in Iſagog.* Deprædatores, Robbatores *Carpz. pr. crim. 1. q. 90.* Latrones *Cæpoll. in auth. ſed novo jure C. d. ſervis fugit.* & qvidem ſimplices, qt. citra mortis inſidias aliqvem ſpoliant bonis *Damboud. pr. rer. crim. c. 102. Jacob. d. Belloviſ. pract. crim. l. 1. c. 10. n. 6.* Latrunculi, *l. 24. ff. d. captiv. l 3. §. 2. d. incend ruin. Decian. lib. 6. c. 28. tract. crim. Hoſtienſ. in ſumma. rubr. d. condict. furtiv. n. 5.* ſic dicti, qvòd á latere adoriantur, vel qvòd latenter inſidientur *Feſt. l. 10.* qvanqvam & hi antiqvitus in bonam partem appellati fuerint, ex eo, qvòd circum latera erant Regi, & ad latera habebant ferrum *Varro lib. 6. d. lat. lingv. Briſſon. de V. S.* hac voce. Differunt tamen Graſſatores, à Latronibus propriè dictis, ipsâ definitione: Hi enim cum cæde ſpoliant. Illi præda contenti vitæ hominum parcunt. *O. C. art. 126. junct. art. 137. l. 11. C. d. accuſat. Carpz. 1. q. 22. 23.* qvam differentiam latiſſimè probat *Damboud. rer. crim. prax. c. 86. per tot.* Sæpius tamen iſtæ voces, ex præſumtâ graſſantium violentia ac cœde, idem ſignificant, adeoq; & in Legibus conjunguntur & confunduntur. Appellitantur qvoqve Raptores & Prædones, *Carpz. 2. q. 90. n. 7. ibiq; all. Farin.* Sed differunt à Raptoribus tanqvam ſpecies à genere. Raptoris enim appellatio non ſaltim ad res, ſed ad perſonas qvoqve, qvas qvis libidinis cauſa abducit, *l. un. C. d. rapt. virg.* refertur. Graſſatores vero, non niſi â rebus prædæ cauſa ablatis denominantur,

nantur. Ad perſonas enim non applicatur graſſationis delictum, ſed oritur eo caſu plagium, qvod eſt delictum publicum L. Fabia notatum *t.t ad L. Fab. de Plag.* A Prædonibus qvoqve differunt tq. à vocabulo latiori & ambiguo. Qvotuplici enim modô, qvis dicitur pro poſſeſſore poſſidere, uti regulariter ille, qvi ſine titulo ſeu cauſa poſſidet, *l. 13. pr. § 1. l. 16. §. 4. ff. d. hered. petit.* interdum etiam ille, qvi cum titulo malâ fide poſſidet, *l. 33. §. 1. d. Uſucap.* totuplici qvoqve modo prædo vocari poteſt *l. 11. § 1. ff. de her. pet.* In ſpecialiori ſignificatu etiã prædo is dicitur, qvi hoſtiliter in Republ. verſatur *d. l. 118. d. V. S.* qva ratione cum Graſſatore ſuo modo convenit. Ulterius Graſſatores audiunt atrociores Fures *d. l. 1. §. 1. ff. d. effract.* Piratæ, qvi maritima ſpolia exercent *l. 3. §. 1. Naut. caup. l. 18.. comm.* Aggreſſores in mari *l. 3. §. 3. d. incend. ruin.* latrunculi *l. 3. §. 2. ff. eod.* & cum epithero marini *c. præterea 12. cauſ. 23. q. 8.* prædones marini *Auth. navigia C. d. furt. Bodin. de Republ. l. 1. c. 1. & l. 5. c. 6.* Germanicè communiter, Räuber/ Straſſen-Räuber/ Freibeuter/ Gardenten Knechte/ Taſchenklöpfer/ Beutemacher/ Hecken Reuter. *Lehm. Chron Spir. l. 5. c. 1. & c. 94. Beſol. theſaur. pr. voce* Raub. Heckenfiſcher und Stauden Reuter. *Speidel. Specul. variar. voce* Stegreiff. See- und Meer Rauber qvi in oceano olim dicti ſunt Vitallien Brüder/ *Stipman. de Jur. mar. p. 4. c. 18.*

III. Hactenus de nomine, jam ad rem. Eſt autem Graſſator perſona, qvæ in publicis viis, adhibitâ vi, homines rebus ſuis exſpoliat. Genus in definitione eſt perſona, qvæ pro homine uſurpatur *l. 1. l. 3. ff. d. ſtat. hom. l. 32. d. R. J. l. 11. d. leg. 1.* & brutis opponitur, qvæ rebus annumerantur, & nullam injuriam, qvia rationis uſu carent, adeoq; nec ſpolium committunt *l. 1. §. 3. ſi quadrup. §. 2. J. eod.* Differentia ſpecifica petitur. (1) à loco ſc. viis publicis. In delictis enim locus eſſentialem nonnunqvam inducit differentiam *l. 16. § 4. ff. de pœn.* deq; libelli criminalis eſſentia, ut locus exprimatur, eſſe cenſetur *l. 3. pr. ff. d. accuſat. Mynſ. ad §. 34. J. d. act. n. 18.* Sunt a. Viæ publicæ qvarùm proprietas

ad popu-

ad populum ſpectat, uſus autem omnibus communis, ab eo, qvi jus publicandi habet *l. 1. l. 2. §. 21. ff. ne quid in loc. publ. 2. F. 56.* differuntq; à privatis, qvæ vel ex privatorum agrorum collatione conſtant, ita ut ſolum ipſum inter privatos ſit commune, ut via vicinalis, agraria, ſeu ruſtica, vel per alterius prædiũ nobis ſerviens ducunt, *d. l. 2. §. 22* ut via, qvæ eſt ſervitutis ruſticæ ſpecies *pr. J. d. ſervit.* ſi tamen per halce omnibus liceat commeare, vel in eos exeatur de via conſulari, etiam publicæ putantur *§. 23. d. l. §. 3. J. d. L. Aquil. Mynd. d. mand. l. 2. c. 36. §. 4.* Vocantur aliàs viæ publicæ, regiæ, militares, conſulares & *c. d. l.* item itinera freqventata *l. 1. C. quando lic. un. ſin.* Sive autem viæ publicæ ſint urbanæ, ſive ruſticæ, parum qvoad præſens refert, utut contrarium defenſare allaboret *Decian. l. 6. c. 28. n. 2. Criminal.* eos videlicet, qvi palã & intra urbem, graſſatores, qvi foris & in ſylvis, ad inſidias maxime opportunis, graſſantur, latrones appellans. Ex eo, enim qvod vel fiat in urbe vel extra urbem, graſſatio non diſtinguitur.

IV. Qvod verò in publicis viis duntaxat hoc crimen committatur, id ideo obtinet, qvoniam, qvi prædandi animo obſidet loca, à via remota & non freqventata, non videtur ita atrox crimen perpetrare, cùm etiam viator in culpa eſſe poſſit, qvi, contemptâ regiâ viâ, per inſuetam iter carpit, *arg. l. qui fiſcales 7. ubi Bartol. C. d. navicular. lib. XI.* imo ſecuritatis & conductus privilegiis indignum ſe reddit. *Roſenth de feud. c. 5. concl. 22. lit. A. Brunn. ad h. l.* Hujusq; inſtituti præceps avaritia & incivilis audacia plerumq; cauſa eſt *l. 3. C. de naut. fœn.* Contra in publicis viis non ſolùm ipſis tantum modò, qvos invadere tentant graſſatores, injuria infertur, ſed & Principi, vel ei cui Imperator Romanus vias publicas conceſſit. Referuntur enim viæ publicæ inter regalia *c. un. 2. F 56. Gail. l. 2. obſ. 64. n. 4.* Hinc illi ad qvorum protectionem viæ publicæ pertinent, tenentur ſpoliato damnum reſarcire *arg. l. 1. §. 12. d. off. præfect. urb. l. 1. l. 13. de offic. præſid.* qvod tamen reſtringendum cum *Dn. Carpz. 2. q. 91. n. 58. & ſeqq.* ad eum caſum, qvando qvis impetrato ſalvo conductu regiam viam ambulans deprædatus eſt. Sed remedium iſtud potius in lege qvam praxi hodiè obtinet. Is verò, qvi in privatis prædiis homi-

 nes vi

nes vi rebus ſuis exſpoliat, qvanqvam non immeritô rapinam & ita graſſaturam commiſiſſe, ob paritatem rationis, qvæ idem jus facit *l. 32 ff ad L. Aquil* dicatur, *C. C art. 126. Carpz p. 2. q. 90. n. 71.* graſſator tamen propriè non appellatur. Non enim omnis, qvì in crimen rapinæ violentiâ incidit, graſſator appellari debet.

V. Altera differentia ſpecifica in vi adhibita conſiſtit. Intelligo autem hîc vim injuſtam, qvæ alias improba dicitur *Tholoſ. in ſynt. Jur. l 36. c. 15. n. 4.* eſtq; majoris rei impetus voluntati contrarius *l. 1. l. 2. ff. q. m. c. l. 195. d. R. J.* & qvidem ut *O. C. art. 126. verb.* boßhafftiger Räuber. reqvirit, vim hoſtilem, *vid. Mev. ad J. Lub. l. 4. tit. 2. art. 1. n. 9.* & uti Pac. Publicæ, Conſtitutio *d. anno* 1495. *1521. & 1548.* vom Landf. *pr. §. 1. verb* mit gewehrter Hand und gewaltiger That &c. qvam graſſatores ut plurimùm violant *Carpz. 2. q. 91. n. 3.* exigit, publicam, qvæ fit armis, eamq; majorem, ut ei reſiſti vix liceat *l. 2. 3. 5. q. m. c.* qvæ collectis & coadunatis hominibus contingit *l. 2. in pr. §. 4. J. d. vi bon. rapt. l. 15. § 2. ff locat. §. 7. J. quib. mod. re.* Hæc tamen coadunatio non ampliùs adeô præcisè reqviritur, cùm & unus in d. conſtitutionē fractæ pacis & Conſt crim incurrat. *R. J. d. anno 1594. §.* Ebenermaſſen/ *in pr. Mynd. d. proceſſ. in Cam. c. 23. §. 2. Jung. l 3. §. 2. ff ad L. Jul. d. vi priv.* De jure verò civili, ſive vis publica eaq; major, ſive privata ſit, parum qvoad graſſaturam refert, cùm qvamcunq; ſpeciem vis ſua pæna maneat *t. t. ff & C. d. vi publ. & privat.* Deniqs reqviritur etiam vis ablativa *§. 1.* J. *de vi bon. rapt. §. 1. In. d. obl. quæ ex del.* qvà ſc. qvis invito Domino rem violenter eripit: Hæcq; contradiſtinguitur aliis ſpeciebus vis, qvas recenſet *Scotan. Exam. Jurid. ad tit. quod met. cauſ. p 153. Vinn. in pr.* J. *d. vi bon. rapt. Chriſtin. vol. 2. Deciſ. 114. Thol. d. l. n. 5.* Vis autem compulſiva, & qvidem ea, qvà qvis metu majoris mali illato *d. l. 5. ff. d. l.* per viam contractus, v. g. emptionis, permutationis, modò contractus non ſit ſimulatus *arg. l. 45. d. O. & A. l. 55. l. 36. ff. l. 4. C. d. contr. empt.* ab alterô rem conſeqvitur, huc non pertinet *l. 1. l. 2. C. quod met. cauſ. Aug. Beroy vol. 3. conſil. 195.*

VI. Per verba definitionis, rebus ſuis, qvid denotetur vid. *th. 13. & ſeq.* Seqvitur, Spoliat, Sumitur autem hîc non, prout idem

dem denotat, qvod eſt ſimpliciter bonis denudare §. *ult. J. d. act. l. fin. § ult. ff. his qui in fraud. cred. l. 2, d. bon. damnat.* & mutuo q. amore ſpoliare, uti de conjugibus dr. *l. 1. ff. d. donat. int. vir. & Uxor.* vel in re pupilli malè verſari *l. 7. §. 3. ff. procmpt* aut furtivè auferre *l. 3. §. adverſus ff. d. ſepulchr. violat.* Sed idem eſt, qvod ſpoliare per vim, armis, more latrorum eripere *d. l. 3. §. adverſus. l. 28. §. 10. ff. d. pœn.* expilare *l. 1. §. 1. d. effract* rem eripere *l. 5. C. d. uſu cap.* auferre *l. 31. §. 1. depoſit. l. 22 §. 6. mandat.*

VII. Committunt autem Graſſationem omnes qvi doli ſunt capaces, iiq; I. non ſolum mares, ſed & fœminæ. Licet enim lex easdem, per infirmitatem ſexus minus auſuras præſumat *l. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Majeſt. l. 14. C. de contr. & comm. ſtipul.* experientia tamen teſtatur, eas non ſolum vim & rapinam aliqvoties commiſiſſe, ut notat *Rosbach. proceſſ. crim. t. 6. c. 1. n. 58. ex lege Lombard. Relatum eſt nobis tit. d. aggreſſ. in vic. fact.* Sed & civitates tempore guerræ defendiſſe *Luc. de Penn. in l. eſt verum C. d. incol. lib. 10. vid. Valer. Maxim. l. 4. tit. d. amor. conjug & gloſſa ad l ſi quis in mnt. C. und. Vi.* qvæ eandem ad mulieres qvoqve extendit. Ita veteres Germani fœminas interdum in exercitu habuerunt, qvæ inclinatam qvandoqve aciem feruntur reſtituiſſe, *Tac. de mor. germ.* Ut plurimum tamen per alios vim inferri curant *Gail. 1 d. P. P. c. 1. n. 34* II. Puberes, & impuberes, & hi doli capaces *l. 9. §. 2 ff. d. minor. l. 1. C. Si adverſ. delict.* ſunt tn. commiſeratione digni *l. 37. §. 1 ff. d. t. l. 6. C. ad L. Cornel. d. Sicar.* III. Liberi vel ſervi, & hi vel per ſe graſſantur dominosq; noxali Judicio obligant *pr. & t. t. de nox. act.* vel juſſu domini inducti *l. 157. pr. d. R. J. l. 20. ff. d. O. & A.* & ita Dominum abſolutè obligant ad pœnam, qvia mandans & mandatarius pariter pœnâ promeritâ afficiuntur *l. 7. §. ult. de Jurisd. l. 15. §. 1 ff. ad L. corn. Harp. ad §. Illud quoque Inſt. mand.* IV. Seculares R. J. d. Anno 1548. tit. Die Pœn der Friedbrecher. §. Jemands hoch oder niedrige Weltlichen Standt Perſohnen &c. Huc ſpectant qvæ refert *Lehm. l. 5. c. 104. p. 624.* de Uwano Comite Ungarico mira arte à Rudolpho I. Habſpurg. ad ſupplicium, ſine ulla ſuorum internecione, tracto, & qvòd ipſe Rudolphus in ſola Thuringia 66 fortalitia prædatoria Germ. Raub-Schlöſſer/ diripuerit

diripuerit, & Erfordi uno tempore 29. Latrones ſupplicio deſtinaverit *ibid. jung. eund. l. 7, c. 47. p. 799.* Freqventatus eſt autem ille mos extruendi fortalitia ab exceſſu Friderici II. illis variis interregnis ad tempora Rudolphi I. Habſpurg: qvi fundator domus Auſtriacæ, in præſentem usq; diem Imperiali dignitate florentiſſimæ, fuit. Et hanc conſuetudinem perverſam, communiter ad illud tempus hiſtoricos referre, ſcribit *Lehm. ꝯall. l. 5 c. 95. p. 609. vid. Bodin. d. Rep. l. 5 c. 5.* Hiſce ſe oppoſuere Nobiles qvidam generoſi, dicti Ganerben/ ex fædere mutuæ confraternitatis, qvod inibant certis legibus, de qvibus *Fichard. conſ. 7. n. 9. & 11.* Illi arces munitas communi ope extructas communi auxilio à graſſatorũ excurſionibus defenderunt: Tandem & ipſi in prædones degenèrarunt *Beſold. d. l.* voce Burgfried. Erklärung des Landfriedens/ zu Augſpurg *d. Anno 1500. tit.* Wieder der Ganerben Schloß Landfriedens zu Worms *d. Anno 1521. eod. tit. Habn. d. jur. rer. Concl. 76.* Hinc & illarum arcium meritò facta eſt deſolatio multaq; adhuc extant rudera Germ. Burg Stall. *Jac. Speid. all. voc.* Ganerb. Secularibus opponuntur Eccleſiaſtici Graſſatores, de qvibus eſt text. expreſſus in *R. J. d. Anno 1495. tit.* vom Landfrieden §. Item. Faciuntq; ea, qvæ habet *Thol. lib 13. d. Rep. c. 16. n. 13. & 26.* de monte pietatis novennali per Paul. IV. erecto in qvem impunè, ceſſante omni confiſcatione, inferebantur á religioſis bona, ſive juſtè ſ. injuſtè parta & rapta, maximo cum ſcandalo Eccleſiæ. Idem *c. 17. n. 11. & 12.* refert, Epiſcopos potentes ſæpiùs pro defenſione Eccleſiæ, ſed nulla probabili ratione *1. Cor. 1. verſ. 26.* electos, Eccleſiæ bona qvovis modo rapuiſſe & ad ſuos transtuliſſe, qvæ nec ipſi hæretici, prætextu religionis, qvi olim magnam ad rapiendum licentiam præbuit, auſi ſunt perpetrare. Sed hodie per Conſt. pac. relig. ſeverè prohibitæ omnes graſſationes, & rapinæ, qvæ prætextu religionis vel ab ipſis Eccleſiaſticis, vel ab aliis eorum ſuaſu perpetrari ſolent *R. J. d Anno 1555.* §. und damit 15. *Petr. Frider. de proceſſ. in Cam. l. 1. c. 29 Limn. l. 9, jur. publ. c. 2. n. 139.*

VIII. Ulterius graſſantur V. milites vel pagani: Illi vel propriè, qvando ſc. incerto autore omnia miſerè expilationibus fœdant Germ. Die umblauffende/ Gartende und Herrnloſe

Knechte

Knechte/Landlauffer/Bruder Velt/Hahnen reuter/Wehn. in obſerv. Pract. voce Freibeuter/ R. J. d. Ao. 1555. §. So haben wir. Dicunturqve in LL. populatores, aggreſſores l. 1. l. 2. C. quand. lic. un. ſine jud Vel etiam jure ſubjectionis coacti, aut ſuâpte ſponte, ab inferiore jus belli non habente, aſſumti cujus juſſu, modo hoſtili, qvævis diripiunt d. R. J. §. Wo ſich aber. O. Cam. p. 2. tit. 15. qvo caſu mandata militiæ avocatoria decernuntur Gail. 1. d. P. P. c. 4. Nec his ullam excuſationem præſtat ſacramentum militiæ, l. 5. pr. C. ad L. Jul Majeſt. qvod perjurium potius vocandum, utpote cùm interitu ſalutis æternæ & violatione pacis publicæ conjunctum c. 1. d. his quæ fiunt à maj. part. Gail. 1. d. P. P. c. 4. n. 15. Impropriè autem graſſantur illi milites, qvi qvidem vim injuſtam non committunt, ſed hoſti ſpolia detrahunt l. 5. § fin. l. 7. d. A. R. D. §. 17. J. d. R. D. Qvi in hoc ſunt punibiles, ſi id egerint contra diſciplinam militarem & mandata Ducum, etiamſi res benè & feliciter ſit geſta l. 3. § 15. ff. de re milit. Plurimum enim mali ſæpiſſimè adferunt inconſulti conflictus & prædæ cauſa excurſiones Comin. l. 9. c. 6. hinc pulchra illa oratio Svetonii, in prælio britannico, ap. Tacit. l. 14. Annal. c. 36. qvâ ſuos hortatur: ſtragem cædemq́ continuarent, partâ victoriâ cuncta ipſis ceſſura. E contrariò propter nimiam licentiam militum Romanorum, qvi ſtatim atq; ceſſarent à bello, rapiendo ſe ſuſtentabant, qvòd præter hoc nihil erant edocti. peſſimo Reipubl. malo, imperium Romanum tot ſeditionibus agitatum, totum deniq; concidiſſe, refert Lehm. Chron. Spir. l. 2. c. 43. p. 184. jung. l. 3. C. d. veteran. lib. 12. VI. Nobiles vel ignobiles. Adeo autem nobilitas non excuſat, ut augere potius delictum videatur, utpote ignominioſum toti ordini eqveſtri, & commiſſum circa ea, propter qvæ initiò dignitatem conſecuti ſunt l. 14. ff. d. pæn. l. 2. l. 6. § 1. d. re militar, Tiraqu. d. noblit. c. 20. Libenthal. C. Polit. Diſp. 10. q. 12. Ariſtot. l. 4. Pol. c. 8, Militaris enim virtus præprimis nobilem decet, ejusq; proprium eſt pugnare pro patria teſt. Beſold. theſaur. pr. voce Raub. unde in jure feudali nobiles paſſim milites audiunt. 2. F. 21, 22. Huic virtuti nihil magis repugat, qvam patriam ruinis exhaurire, qvod latius probat Jac. Speidel. Spec. var. voc. Stegreiff/ ubi Nobilem à Lerch

 in diſcurſ.

*in diſcurſ. d. Equeſtr. ordin. germ.* Nobiles excuſantem, refutat: Qvo etiam ſpectant egregia, verba Rudolphi, interceſſores pro latronibus nobilibus ita alloqventis. *Sinite Latrones in ſupplicium trabi ultimum, quod meruerunt, non enim ſunt Nobiles ſed fures ſceleratiſſimi atq; raptores &c.* et Canuti Regis Daniæ, qvi unum ex multis graſſatorem, ex jactatione conſangvinitatis regiæ impunitatem ſibi pollicentem, ita allocutus fertur: *Turpe eſt, conſanguineum noſtrum vulgarium morte affici, decet nos ei impendere claritatem, juſſitq; in nautica pinu ſolenne ei ſuſpendium exhiberi.* Beſold. d. l. Perditur qvippe Nobilitas per infamiam & vitæ turpitudinem *l. 1. verb. final. C. ubi Senat. & clariſſ. l. 17. pr. in fin. C. d. dignit. l. 2. C. d. ſecund. nupt.* cùm ſine honeſtate ſtare nulla poſſit *Cic. l. 1. Off.*

VIII. (VII.) graſſantur Terreſtres & maritimi, hosq; pyratas vocari ſupra th. 2. dictum. De His refert *Crantz. l. 1. Norvag. c. 8.* ævo Siwardi Gothorum Regis non indecens fuiſſe pyraticam exercere. Qvod ipſum integra Regna Tunetarum, Algiriorum, Tripolitanorum, in mari mediterraneo horribilium, hodienum comprobant vid. *Dn. Conring. in Coll. d. Rebusp. tot. orb. tit. de Rep. Turcic.* Olim qvoq; Saxones, qvi littora ad Friſiam usq; tenebant, exindeq; Romanorum provincias rapiendo prædandoq; latè infeſtabant, Anglos ſe appellarunt, à voce vernacula Angeln/ qvòd eſſent qs. hami, omnia qvæ in mari invenirent, attrahentes, eoq; nomine apud vicinos Romano nomini infenſos laudem captarunt *Limn. l. 7. jur. publ.* Pyratis etiam æqviparantur illi, qvi privata autoritate naufragorum bona diripiunt *c. 3 X d rapt. l. 1. C. d. naufr. auth. navigia. C. d. furt. l. 1. ff. d. incend. ruin. C. Carol. art. 218.* plura de pyratis videri poſſunt ap. *Decian. l. 9. c. 30. n. 30. & ſeqv.* ubi de Corycæis piratis aliisq; multa ſingularia refert Conſimile extat in *l. 10. ff d. incend. ruin.* de piſcatoribus, qvi lumine oſtenſo qs. in portum delaturi, fallunt navigantes, ut ſibi execrandā prædam parent. Qvod & hodie freqventer contingere, præſertim juxta famoſa illa vada Juthiæ, *Anholt, Trindel, & Schaden, aſſerit Stypm. de jur. marit. p. 4. c. 18. n. 65.* VIII. Unus vel plures. Plures autem conveniunt ad graſſandum vel tanqvam ſinguli, vel ut univerſi, veluti Civitas *l. 1. § 2 ff. quod vi aut clam. Rosbach. proceſſ. crimin.*

*l. 6. c. 1.*

*l. 6. c. 1. n. 14.* deliberatô & communicatô conſiliô convocatôq; populô *Nov. Leon 70. verb. malitioſo conſenſu coitione facta. l. 3. §. 3. ff. d. v. pubi. l. 2. C. d. de cur. lib. 10.* Priori caſu univerſitas non tenetur, ut univerſitas, ſed ut ſinguli, cùm ignorare potuerint plures, qvo pacto, qvo animo, aut jure res agatur *l. 1. C. d. falſ. monet. l. omnes C. d. pœn.* & peccatum unius alios provocet ad peccandum *c. Paulus 2. q. 7.* Poſteriori caſu etiam Univerſitas graſſando propriè & verè delinqvit *arg. c. ita nos. 25. q. 2.* & ſecundum hanc differentiam *Rosbach. all. l. n.* 12. ſe contra civitatem Agenenſem pronunciaſſe ſcribit. Qvia, qvod affirmatur de hominibus Univerſitatis ut talibus, illud etiam de ipſa Univerſitate eſt dicendum, *Salycet. in l. 1. in 3. & 4. quaſt. d. Sedition*, & qvanqvam actus, uti eſt Graſſatio, videatur univerſitatem non reſpicere, ut talem, ſeu perſonam myſticam *l. 22 ff. d. fidejuſſ.* uti collectarum impoſitio, *auth. item nulla communitas C. d. epiſc. & Cler.* ſed potius naturalē perſonam reqvirat, hoc tamen non obſtat, qvo minus Univerſitas propriè deliqviſſe dicatur *jung. l. ult. C. d. navicul. l. jubemus. 10. C. d. SS. Eccleſ. ibiq; Brunn. utut Diſſ. Hahn. ad Weſenb. parat. ff. quod cujusq; Univerſ. n. ult. Bart. in l. 16. §. nonnunquam. ult. ff. d. pæn.* Majore autem parte civitatis, etiamſi conſules ſint & officiarii *Bart. d. l.* graſſante, haud idem eſt, ac ſi Univerſitas fecerit, ceſſante hîc *l. 19. ff ad municip.* cùm ad hoc deliberatio communis & convocatio reqviratur, propter *dd. ll.*

XI (IX) Deniq; ex Graſſatorum numero, ejusdemq; farinæ ſunt Zegari, qvi dicuntur alias Cingari, *Zieritz ad C. C. art. 39.* Cingali, *Limn. l. 9 jur. publ. c. 1. n. 161.* Cingani, *Iſtuanfi in deſcription. regni Hung. verb. Cingari.* German. **Ziegeuner** qs **ziehe einher/** propter vitam motoriam & vagabundam. De horum origine, qvæ à Germanis ſcriptoribus ad ſeculum XV. refertur *Aventin, l. 7. annal Bojar. Alb. Crantz. 11 Saxon. 2.* ex remotis & diſſitis mundi plagis varia narrant Autores, Speid. voc. **Ziegeuner**. Cauſam autem longinqvæ peregrinationis reddere ſolent, tum qvia primùm Chriſtiani facti, poſteà à Saracenis devicti, in illorum religionem conceſſerint, *Limn. all. l.* tum qvia Majores illorum in Ægypto *Mariam* Deiparam cum puero Jeſu hoſpitio excipere noluerint

fuerint *Beſold. theſ. pr. hac voce.* adeoq; illa delicta 7. annorum exilio ſibi eſſe expianda, à Pontifice ad id damnatis, liberosq; & nepotes ſuos longa ſerie hodienum id agere. Cæterùm non eſt, cur fictæ illorum origini inhæreamus, cùm ſtultus labor ſit ineptiarum: Sunt enim iſtud genus homines, manipulus furum & colluvies otioſorum hominum, ex variis nationibus, etiam inter nos conſidentibus, collecta, omnium gentium vappæ, purgamenta, & fucorum ignavium examina, *Limn. all. l. Beſold. in tract. polit' d. trib. dom. Societ.' Specieb. c. 6. n. 3.* Atq; uti qvotidiana experientia teſtatur, graſſandi & furandi artem palam profitentur, & ſunt magnam partem exploratores ac proditores, qvi Chriſtianorum conſilia & negotia Turcis, aliisq; hoſtibus Imperii, in magnam ejus perniciem, produnt, adeoq; ab omni Imperii ſecuritate & omni prorſus tutela meritò excluſi, nec in benè conſtitutis Rebus publ. tolerandi *R. J. d. Anno* 1500. *tit.* 17, *Reform. Pol. d. Anno* 1530. *tit.* 35. *R. J. d. Anno* 1544. *§.* 75. *R. Pol. de Anno* 1548. *tit.* 27. *& Anno* 1577. *tit.* 28. *vid. Camerar. horar. ſubſ. l.* 1. *c.* 16. 17. 18. Illisq; meritò annumerantur qvi in C. C. art. 39 vocantur Buben/ verdächtige Bettler/ und Landfahrer/ *Gilhauſ. & Zieritz ad d. art.* 39. Pœnæ tamen graſſatorum per ſe non ſubjiciuntur, ſed qvatenùs illicitè vagantur, arbitrariè puniuntur, *Bodin. lib.* 5. *d. Republ. in fin.* Et, ſi juſſi ex Imperii limitibus, intra terminum præfixum, non diſceſſerint, impunè afficiuntur *d. d. R. R.* J. J.

XI. Efficiuntur autem Graſſatores per ipſam doloſam graſſationem, ſ. per factum graſſandi, qvod non eſt merum, aut indifferens, ut ædificare, venire, *l.* 98. *§.* 6. *d. ſolut.* *l.* 46. *§.* 1. *d. V. O.* ire, agere in publica via *l.* 2. *d. via. publ. l.* 2. *§.* 9. *ſi quid in loc. publ. l.* 13. *§.* 7. *d. injur.* ſed obligatorium *l.* 155. *d. R. J.* qvod hactenus eſt cauſa obligationis ex delicto *l.* 25. *§.* 5. *l.* 52. *pr. §.* 8. *ff. d. O. & A.* eſtq; in genere turpe admiſſum lege naturali vel civili reprobatum, qvod alias dicitur incivile, qvia inhoneſtum & injuſtum eſt *l.* 2. 3. *ff. de extr. cogn. l.* 2. *C. de furt. Coll. Arg. de Priv. del. n.* 1. Factum autem Graſſatorum intelligitur, ſive reapsè viatores expilaverint, arcas illis effregerint & expugnaverint *l. pen. pr. ff. ad L. Jul. d. vi publ.* ſive id ſaltem inſtituerint *verb. l.* 28. *§.* 10. *ff. d. pæn.* effectusq; ex

voto

voto non fuerit ſubſecutus *l. 3. §. 5. ff. d. vi & vi armat. l. 1. pr. l. 7. C. ad L. Corn. d. Sicar.* qvoniam ipſe conatus in hoc delicto, publicam tranqvillitatem turbante, eſt punibilis. Accuratè a. hîc diſtinguendum inter actus voluntatis elicitos, uti eſt (1) volitio finis mali, qvando ſc. voluntas intellectus corrupti judicio rapinas ceu bonum aliqvod cognoſcenti conſentit. (2) Ipſa electio mediorum deliberata, qt. ſc. media in finem actualiter nondum direxit, absq; qvâ tamen directione electio perfecta dici neqvit: Et inter actus externos tendentes ad executionem voluntatis in maleficium directæ. De prioribus hic non eſt ſermo, qvia de iis valet regula *l. 18. ff. d. pœn.* Poſteriores autem, actus ſc. externi, ſeu in actum graſſandi deducti, hujus ſunt loci. Hiq; vel fiunt ex electione mediorum prædeliberata, *vid. Carpz. l. c. l. 7. ad L. Corn. d. Sicar.* adeoq; uti in atrocioribus delictis, conatus æqvè ac ipſum factum punitur. *Jul. Clar. 5. ſentent. §. ult. q. 91. 92. Struv. Ex. 48. §. 6.* ita etiam in hoc *l. 1. §. 2. ff. d. vi bon. rapt.* Sed hodie etiam in atrociſſimis delictis conatum, non ſecuto eventu, haud eâdem pœnâ, qvà delictum principale, puniri, teſtatur *Weſenb. parat. ff. ad L. Corn. de Sicar. n. 16. in fin. Farinac. P. 5. q. 224. n. 78.* niſi qvando exemplo opus eſt, vel lex qvædam expreſſè idem in conatu & actu ſtatuerit, modo illa generali conſuetudine non ſit ſublata, uti *de l. 7. all. ad L. Cornel. d. Sicar.* teſtatur *Carpz. 1. q. 2. n. 54.* Et idem *2. q. 91. n. 31.* de Graſſatoribus per varia præjudicia confirmat, qvem etiam ſeqvitur *Mav. ad Jus Lub. l. 4. tit. 2. art. 1. n 10.* Cæterùm ſi aliqvi in publicis viis graſſentur, cum certiſſimo hoſtilis violentiæ, qvà enormiter Pax Publica & communis omnium qvies læderetur, inferendæ periculo, & tamen nemo præterierit, cui bona eripi potuiſſent, qvin pro ratione circumſtantiarum tales Graſſatores ſecundum *Conſt. P. P. d. anno 1521. & d. anno 1548. tit.* die Pœn der Friedbrecher. §. Jemands &c. handeln oder zu handeln unterſtehen würden &c. etiam pœnâ ordinariâ affici poſſint, haud dubito aſſerere, qvia factionem habere cenſentur *l. 11. §. 2. ff. de Pœn. Carpz. 1. q. 35. n. 28.* ubi etiam vide præjudicia *Mynd. l. ſuprà cit.* Vel fiunt à ſciente & volente, non tamen deliberatò v. g. per iracundiam *l. 16. § 2. d. pœn. l. 7. § ult. ad L. Jul. rep. pet.* [...]

*pet. l. ſi non convitij. C. d. injur.* & tunc ſolus conatus in hoc crimine, utpote qvod rariùs ex iracundia in vindictam committitur, haud videtur eàdem pænâ puniendus *arg. l. ult. ff. d. pœn. Ariſt. l 5. Eth. c. 10.* qvâ crimen iracundiâ commiſſum regulariter afficitur *vid Carpz. 3. q. 147. n. 45. & ſeq. ibiq; additas limitationes. Hahn. ad Weſenb. parat. ff. d. injur. n. 4.* Vel deniq; ab ignorante & neſciente v. g. immodicè ebrio *c. ſanè diſcimus. 15. q. 1.* & ejusmodi conatus à pæna ordinaria, uti & delictum abſolvitur *vid. Struv. all. l. §. 10.* Providè enim diſtinguendum à religioſo Judice, an propoſito, impetu, vel caſu commiſſum qvid ſit *d. l. 11. de pœn.* An autē conatus ad delictùm remotus, æqvè ac proximus ſit punibilis? Neg. *Bald. in l. un.* C. *d. nil. agger. per c. ſicut dignum X. d. homicid l. 54. §. 4. ff. d. furt.* Aff. alii ex *l. 5. pr. verb. cogitaverit* C. *ad* L. *Jul. Majeſt.* qvæ tamen valde ſpecialis eſt, teſte *Brunm, ad h. l.* Qvod Judicis arbitrio committendum cenſeo, ſecundum tamen *l. 13. ff. d. pœn.* non abſoluto, ſed ad juſtitiæ limites reſtricto.

XII. Dictum th. præcedenti, Graſſaturam eſſe factum & naturali & civili lege reprobatum, id amplius deducendum nunc erit. Qvod ad prius ſc. jus naturale attinet, ſuppeditatum jam eſt in prooemio Diſput. hujus ex Grotio aliqvod principium: Suum qvod cujusq; eſt, rerum diviſione introductâ, illi non eſſe auferendum. Seqvitur alterùm *ex eod. Grot. l. 2. c. 15. n. 5. in pr.* Inter qvos natura ipſa cognationem qvandam & ſocietatem conſtituit eorum alterum ab altero lædi nefas eſto. Illi enim ſocietati renunciari prius debet, anteqvam hoſtiliter agatur. Qvò & reſpexit Carol. IV. *A. B. tit. 17. verb. niſi diffidatio per tres dies præceſſerit* &c. Probatur a. Societas illa gentium, tùm qvòd una gens in idem jus ab altera gente cultum v. g. inviolabilitatem legatorum, contractuum ſtabilitatem, ſontium punitionem &c. illud recipiendo tacitè conſenſerit; tùm qvod finis, ad qvem natura omnes obligat, vivere ſc. & bene vivere, extra ſocietatem gentium abſolutiſſimè impetrari neqveat. Qvod poſterius attinet: Id teſtatur & Jus Civile Romanum ſæpius all. tum hodiernum Cæſareum. *O. C. art. 126 R. J. d. anno 1495.* Saxonicum *art. 13. lib. 2.* Landrecht *Conſt. Elect. 13. p. 4. Mev. ad* J. *Lub. all. l.* & aliæ qvam

plurimæ

plurimæ ſanctiones. Huic aſſertioni non obſtat *all. tit. 17. A. B. verb. niſi diffidatio.* &c. qs. diffidatione præcedente deprædatio ſit licita. Hoc enim rectè reſtringit *Arum. h. t. obſ. 4. n. 1. & Dieteric.* ad caſum juſtitiæ prius denegatæ. Deinde hoc penitus, conſtitutâ pace Publica, qvæ ſucceſſit in locum des Fauſtrechts *Struv. Diſſ. d. Vindict. priv. c. 2. aph. 2.* ſub pœna fractæ pacis prohibitum eſt, *R. J. d. anno 1495.* §. darauff §. und ob jemands *d. anno 1521. 1548.* Qvid *de Ord. C. Carol. V. art. 129, verb.* Welcher jemand / ubi contrarium aſſeritur, ſentiendum, de eo vid. *Limn. ad c. 17. A B. obſ. 6.* illi articulo, ut tempore priori, per *d. Conſt. P. P.* derogatum eſſe, aſſerens, *vid. R. I. 1555.* §. als ſich den 45.

XIII. Verſatur autem graſſatio circa res ablatas: ſive illæ I. ſint divini juris, ut res ſacræ, ſive humani. Qvamvis enim propriè ſacrilegium, de jure civili Juſtinianeo, non aliter, qvàm rei ſacræ in loco ſacro ereptæ, committatur *l. 5. l. 9. § 1. ff. ad L. Jul. Pecul.* De jure tamen Canon. ſecus eſt, qvô ſacrilegium etiam in loco profano perpetratur, *Jul. Clar. 5. recept. ſent. § ſacrilegium, per c. omnes. 17. q. 4. c. nulli 2. q. 2.* qvod *C. Crim. art. 171.* approbat. Hinc etiam Graſſationis delictum indiſtinctè tenet, qvamvis ſeveriorem mereatur pœnam rei ſacræ rapina, qvàm rei profanæ, *arg. d. art. 171. C. C.* An autem præter res ſacras etiam bonorum patrimonialium Epiſcopi vel Clerici qvocunq; loco contrectentur, ſacrilegium committatur? Aff. *Barboſ. ad c. 2. X d. privileg. n. 15.* per *cap. c. 1. part. X. d. foro compet.* Neg. *Decian l. 6. c. 32. n. 23. Criminal.* Hæc de rebus ſacris. II. Res humani juris vel publicæ ſunt, vel privatæ, *l. 1. pr. ff d. R. D.* Publicas autem h. l. intelligo, qvæ ſunt in patrimonio vel Principis aut populi, ut vectigalia *l. 16. l. 17. d. V. S.* pecunia publica *l. 6. pr. d. contr. empt.* hodierno etiam jure lapilli & gemmæ, qvæ in littore reperiuntur, rebus publicis adnumerantur *Struv. Exerc. 41. §. 22.* & ejus generis alia. Vel etiam ſunt in bonis Civitatis municipalis *t. t. C. d. vendend. reb. Civit.* qvæ tn. potius dicuntur univerſitatis *l. 15. de V. S. l. 6. ff. de contr. emt.* & hæ ſuo modo ſubjacent commercio, qvod ex commodo & neceſſitate Reipubl. & ex alienantis poteſtate determinandũ, *l. ult. C. d. l. t. t. ff. d. publican. Struv. Synt. Jur. feud. c. 6. aph. 6. Mev. ad Jus Lubec. p. 2. tit. 3. n. 7. & ſeqq.* Cæteræ autem res, qvæ vel

uſum

uſum omnium hominum, uti flumina perennia, viæ publicæ, *l. 5. ff. d. R. D.* (ita tamen, ut proprietas ad certam aliqvam Rempubl. pertineat) vel uſum cujusdam univerſitatis, ut theatra, forum *l. 1. ff. d. t.* reſpiciunt, ferè ſunt immobiles, earumq; invaſio obſeſſioq; ſpecialibus juribus coërcetur. Mobilium verò rerum, utpote qvæ vel ad ornatũ, vel ad honorẽ Civitatis pertinent, omniumq;, qvi ſunt de Univerſitate, in uſu habentur *l. 122. pr. d. leg. I.* eadem cum bonis mobilibus, qvæ ſunt in patrimonio Civitatis, qvoad graſſationem ratio eſt *vid. l. 4. §. fin. ff. ad L. Jul. Pecul.*

XIV. (III.) Res vel ſunt mobiles vel immobiles. Immobiles, qvæ vel naturà moveri neqveunt, ut res ſoli ſoloq; cohærentes *l. 115. l. 198. d. V. S. l. 17. pr. ff. d. act. empt.* vel civili modo, ut res mobiles corporales ad rem immobilem perpetuo uſu deſtinatæ *d. l. 17. §. 7. l. 18. pr. ff. d. t.* imò incorporales, ut jus annuorum redituum, nomina & actiones, qvæ ad res immobiles competunt *Mev. J. Lub. lib. 3. art. 5. tit. 5.* qvæ tamen perſe nec mobiles, nec immobiles dicuntur *l. 15. §. 2. ff. d. re jud.* niſi vel lex vel neceſſitas id ſuadeat, ut ad alterutram harum referantur, *Alciat. in l. 93. n. 3. ff. d. V. S. Coſtal. ad l. 7. §. 4. ff. d. pecul.* Hinc rei incorporalis, utpote qvæ in ſenſus haud incurrit, *l. 1. §. 1. ff. d. R. D.* nulla eſt ablatio, nec de loco in locum motio, uti nec rei immobilis, cujus propriè nec furtum *§. 2. in fin. J. d. Uſucap.* nec rapina, & proinde neq; graſſatio, ſed invaſio, fieri dicitur, *§. 1. J. d. vi bon. rapt.* Sub mobilibus autem rebus continentur & ſe moventes *§. 1. J. d. t. l. 77. d. leg. 3. l. 93. V. S.* uti pecora, qvorum deprædatores & fures abigei propriè dicuntur. *l. 1. §. 1. ff. d. abigeis*, magnaq; eſt differentia, an ex ſtabulo abegerint pecus, an ex ſylvis *l. 3. §. 1. ff. d. t.* cum gladio an ſine *l. 1. §. 2. eod.* an ex paſcuis, an verò ex ſolitudine *d. l. 1. §. 1.* qvarum plures differentias collegit *Weſenb. in parat. d. abig.* qvæ tamen hodie magnam partem abrogatæ, cùm abigei, vel ut raptores, vel ut fures, pro modo admiſſi, puniantur, *C. C. art. 159. & 160. junct. art. 126. Hahn. ad Weſenb. d. l.* IV. Res vel ſunt propriæ vel alienæ. Propriæ rei regulariter non fit furtum *l. 53. §. fin. de furt.* nec rapina *l. 2. §. 18. ff. d. vi bon. rapt.* vis tamen illata, alio modo & vel amiſſione Dominii, vel ſi res ablata comperta fuerit non eſſe

raptoris

raptoris propria ſolutione æſtimationis coërcetur *l. 13 ff. quod met. cauſ. l. 7. C. und. vi §. 1. J. d. vi bon. rapt.* adeoq; criminali judicio convẽtus de dominio excipiens, ad civilem examinationẽ eſt remittendus, modò color non videatur quæſitus *l. 1. §. fin. ff. d. abigeis.* Pro aliena tamen h. l. etiam habetur res, quæ pluribus communis eſt *l. 45. ff. d. furt. l. 57 ff. pro ſocio* aut in qvâ alius jus aliqvod in re habet *§. 10. ff. d. Obl. quæ ex del.* ita ut v. g. alterius ſit uſusfructus vel poſſeſſio *l. 15. §. 1. ff. d. furt. d. l 53. §. fin. eod. l. 3. §. 12. ff. ad Exhib.* etiam ea res, qvæ Raptori obligata eſt *l 3. C. d. vi bon. rapt. l. 2. §. 18. eod. C. A. ad eum t. n. 11.* Cæterùm ſive res ſint pretioſæ, ſive non *§. 35. J. d. R. D. l. 13. §. 1. ff. d. S. P. U. l. 8. junct. l. 9. ff. d. dol. mal* parum qvâ præſens refert: Cùm enim per ablationem rei, etiam minimæ, publica ſecuritas, qvæ hic maximè inſpicitur, æqvè violetur, illius qvantitas & valor hîc non attenditur, factumq; graſſatoris non tam ex rei ablatæ pretio, qvàm ex affectu graſſandi æſtimatur *vid. Carpz. 2. q. 90. n. 43. & seqv. Mev ad J Lub. lib. 4. tit. 2. art. 1. n. 9.*

XV. Committitur autem Graſſatio I. vel ſemel vel iterum. Aut enim famoſus eſt Graſſator, qvalis non eſt, qvi de crimine in ſuſpicionem venit, ſi nec dũ infamis verè redditus, *Frebēr. d. infam. c. 3.* Germ. eine berüchtigte Perſohn; ſed qvi omnium ſermone circumfertur, Germ. ein öffentlicher Straſſenräuber/ & non tantùm de crebris graſſaturis eſt ſuſpectus, & infamatus, (nec enim qvis ex ſuſpicionibus licet vehementiſſimis condemnandus *l. ult. C. de Probat. Freb. d. c. 3 n. 8. vid infr. th. 21.*) ſed qvẽ talem eſſe, publicè & certò conſtat, qvi dicitur notorius & publicus *l. 2. C. qn. lic. un. fin. jud. c. 6. X. d. imm. Eccleſ. c. ult. X. d. cohab. cler.* nulliq;, ut ait *Hill. ad Donell. l. 17. c. 2. lit. O* nec nomine, nec vultu ignotus. Conſtare autem poteſt ita de Graſſatore, ex graſſaturis crebrò iteratis, aliàs enim qvi ſemel tantùm graſſatus eſt, non poteſt dici, qvod graſſandi ſtudium qs. artem exerceat, *arg. l. 1. §. 1. ff. d. Abig.* habeatq; animum firmum viatores ſpoliandi, qvi utiq; in famoſo graſſatore adeſſe debet, *arg. l. 1. verb. mortemquam minabatur C. d. t. d. l. 28. de pœn. Decian. l. 9. c. 30. n. 12* Talis a. publicus Graſſator à qvovis licitè occidi poteſt, etiam abſq; præcedente ag-

 greſſione

greſſione *d. l.* 1. *Struv. diſſ. d. Vind. priv. c.* 3. *aph.* 5. tum ob ipſam in viis publicis graſſationem *d. l.* 1. *c.* 6. *X. d. Immun. Eccleſ. Damhoud. pr. crim. c.* 106. *n.* 20. tum ob præſumptam graſſantium cædem ac violentiam, uti ſuprà *th.* 2. dictum, tum qvòd ejusmodi homines hoſtibus æqviparentur, *avth. navigia. C. d. furt.* vid. etiam *Grot. d. I. B. & P. l.* 2. *c.* 20. *n.* 17. qvi illud in foro conſcientiæ licitum eſſe ſtatuit. Melius tamen eſt, ſi comprehendi poſſit, & judici ſiſti, qvàm ſi occidatur *c.* 2. *X. d. homicid. vid. Hill. ad Donell. l. c.* Aut non eſt famoſus, & reqviritur, ut prior ipſe invadat, utpote cum antea de ejus animo & graſſandi artificio non conſtet *Struv. loc. all.* Cæterùm, qvoad pœnam ordinariam & publicam vindictam, hodie tam preisè non diſtingui, an ſemel an iterum graſſatus qvis ſit, teſtatur *Carpz.* 2. *q.* 90. *n.* 22. & *ſeq. Hahn. ad Weſenb. parat. d. vi bon. rapt. n. ult.* qvicqvid ſit de jure civili *l.* 28 § 10. *verb. utiq; ſi ſæpius ff. d. pœn.* qvam legem alii de conatu graſſandi prima vice ordinariâ pœnâ non puniendo, *Carpz. all. l.* alii de ipſa rapina interpretantur. *Brunm. ad l.* 2. *C. d. vi bon. rapt.* II. Committitur graſſatio vel facto ipſo, vel ope, i. e. miniſterium atq; adjutorium præſtando *l.* 50. §. 3. *ff. d. furt.* aut conſilio *all. l.* 50. *l.* 53. §. 1. *d. V. S.* Conſilium etenim nudum, qvamvis inter contrahentes obligationem non pariat §. 7. *J. d. mand. l.* 6. §. 3. *ff. eod.* in delictis tamen, ſi præprimis effectus ſit ſubſecutus, autorem tenet *l.* 7. §. *fin. ff. d. jurisd. l.* 15. *ff. ad L. Cornel. d. Sicar. l.* 3. §. 4. *eod.* Auxilium qvis præſtat, vel remotum ad ipſum actum rapiendi; & extraordinariè punitur, *Bald. in l. un. C. de mil. agger. non rump. Carpz.* 1. *q.* 37. *n.* 59. vel proximum; & ordinariâ pœnâ afficitur, *all. Dd.* Qvod etiam locum habet in eo, qvi graſſatorem in actu rapinæ comitatur, ut ei adſiſtat, *l. un.* §. *pœnas C. d. rapt. virg. Nov.* 143. §. 1. *Decian. l.* 8. *c.* 10. resq; raptas ſtatim aſſervet *l.* 9. *C. ad L. Jul. d. vi. ibid. Brunm.* Ab his, qvi vel conſilium vel auxilium præſtant, differunt Receptatores, qvi poſt actum rapinæ res occultant, & graſſatores ſcientes ultro ſuſcipiunt, eâdem enim pœna cum graſſatoribus afficiendi ſunt *l.* 1. 2. *d. receptat. l.* 1. *C. his qui latr. occult. Decian. all. l.* & *c. l.* 9. *c.* 51. *n.* 65. & *ſeqv. ubi plures habet limitationes*, niſi ſtatim eos Magiſtratui obtulerint, *Idem n.* 78. Illi qvoqve in qvorum prædiis degunt ſeu latitant graſſatores, ſi ſciant, tenentur eos offerre & indicare,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74150572X/phys_0022
DFG

care, niſi velint dominio prædii cadere *d. l. 2. verb. Domini prædiorum* C. *d. t.* Cæterùm ſi legitimas probationes non habeant, qvibus oſtendant, veram eſſe delationem ſuam, accuſationis onere poſſunt ſuperſedere, ne ſc. calumniæ pœnis ſubjiciantur *d. l. 2. in fin. l. 8. C. d. calumn.* aliisq; incommodis ſe obſtringant: Denunciare tamen eos tenentur *Decian. l. 7. c. 34. n. 16.* qvia aliud eſt denunciare, aliud accuſare *c. ſuper his 16. X. d. accuſat.* Denunciatio enim fit citra vinculum inſcriptionis *d. c. 16* & ſine onere probandi *Pac. in Iſag. ad d. t. Beſold. Diſputat. d. proceſſ. c. ult. n. 3. R.* J *d. anno 1559.* Auguſtæ, von der Münz-Ordnung *§ 169.* Receptatorum loco nonvult eſſe Eccleſia, qvæ graſſatores aliosve criminoſos recipiendi ſingulare habet privilegium *c. 6. & t. t. X. d. immun. Eccleſ.* Illam tamen recipiendi libertatem jure reprehendit *Damboud. all. c. 106. n. 21* qvia Aſyla injuriâ paſſis tantùm ſuccurrunt. *Nov. 17. c. 17. Ritterh. de Aſyl. c. 8.*

XVI. Delictum commiſſum ut juſtâ pœnâ coerceri poſſit, confuſioq; vitetur, reqviritur proceſſus *c. 1. d ſent. & rejud in 6.* Qvi, occaſione hujus materiæ, potiſſimum ſpectatur I. circa ſubjectum ſ. perſonas judicium conſtituentes, qvarum (*a*) eſt Judex, de jure Civili ille, cui merum Imperium competit *l. 3. ff. d. jurisd. l. 6. ff. d. off. Proconſ.* hodie is, ad qvem viæ publicæ jus, Germ. das Straſſen Gerichte pertinet, etiamſi alter ſuperiorem jurisdictionem, Germ. die Obergerichte / in territorio illo habeat *Carpz. 3. q. 110. n. 39. Schnob. D Feud. 4. th. 20* qvanqvam ex alio capite v. g. Rei deprehenſi, jure præventionis, utpote remiſſione ad Magiſtratum loci non amplius neceſſaria, *Struv. Ex. 9. §. 45. n. 2.* ſe tueri poſſit, ſuppliciumq; ſumere, *arg. l 30 ff. Jud. c. l nulli. C. eod.* Deinde Judex debet eſſe competens *l. 1. & t. t. C. Si à non compet. Jud.* ita ut nec Reus ratione privilegii à Magiſtratus Jurisdictione ſit exemptus, uti ſunt Clerici; *c. at ſi Clerici d. judic. c. 3. X. d. raptor. R. J. d. anno 1495. tit.* von Landfried. *§. Item.* Qvod tamen hodie, utpote ſuſpensâ Papæ Jurisdictione, per pacificationem Paſſavienſem, *R. J. de Anno 1555.* §. damit auch *20. Inſt. Pac. Oſnabr. art. 5. §. 16. Brautl. in Epit. Jurispr. publ. l. 5. c 1. §. 7.* immutatum *vid. Carpz. 3. q. 110. n. 85.* Judex etiam non ab alio debet eſſe præventus *arg. ſupr. dict. tt.* qvod fit citatione, qvæ

 ipſum

ipſum libelli argumentum & delicti deſcriptionem continere debet, reo inſinuatâ, *Zang. de except. p. 2. c. 13. n. 10.* (*b*) Sunt perſonæ ligitantes. *Principales*: Accuſator, non ſolum is qvi læſus, ſed & qvivis è populo *l. 3. §. ult. ff. d. accuſat. Gail. 1. d. P. P. c. ult. n. 28.* hodie tamen iſtæ accuſationes per perſonam publicam, ſeu Advocatum fiſci, expediri ſolent. *Jacob. Blum. d. proceſſ. Cam. tit. 29. n. 60.* deinde Reus, cujuscunq; ſit dignitatis aut conditionis **Landfr.** *d. ao. 1548. Præfat. verſ.* **Erneuern.** *Minus Principales ſunt* Procuratores (1) accuſatoris, non qvidem de jure civili *l. pen. §. 1. d. publ. Judic. l. ult. C. d. injur.* ſed de jure hodierno, *O C art. 11.* ſubſcriptione in Crimen ſublatâ: (2) Rei, qvi in hoc vel ſimili crimine ad abſentiæ ſaltim cauſas allegandas *l. 13. §. 1. ff. d. publ. Jud.* ne bona abſentis annotata in fiſcum redigantur *l. ult. pr. ff. d. requir. & abſent.* ante L. C. admittuntur: Poſt L. C, a. qvâ factâ Reus damnari etiam abſens poteſt *l. 10. ff. d. publ. jud.* Procurator innocentiam qvoq; Rei qvidem excuſare *l. 33. § 2. ff. d. Procur. l. 3. C. d. accuſ.* cauſam a. ejus ne ſic qvidem verè agere poteſt *l. 1. ff. an per al. cauſ. appell. Magnif. Dn. Præſ. ad Diſp. 3. Schnob. th. 18. Cothm. vol 3 conſ. 15. n. 22.* & ita hodie obſervatur *teſte Carpz. 3. q. 105. n. 41* Reo præſente procurator non qvidem pro eo ad articulos reſpondere, imò ne qvidem examini ejus intereſſe, contra *l. 12. d. publ. Judic.* hodie abolitam *vid. Jul. Clar. 5. ſentent. §. ult. q. 45.* ſed reſponſiones ejus in judicio amplius proponere poteſt. *Carpz. all. l. n. 72,*

XVII. II. Qvâ formam, proceſſus conſideratur, vel qt. eſt Ordinarius vel Inqviſitorius. *c. 24. X. de Accuſat.* De hoc utpote freqventiſſimo, *Carpz. 3. q. 103. n. 49.* atq; ob publicam utilitatem utiliſſimo *l. 51. §. 2. verſ quod ſiquis. ff ad L. Aquil. l. 15. pr. ff. d. off. præſid.* prius agendum. Addunt aliqvi tertium membrum ſc. denunciationem, ex *c. ſuper bis 16. & c. qualiter 24. X. d. accuſat. Ægid. Boſſ tit. d. denunc. n. 1.* Hæc tn potius cauſa eſt ſpecialis inqviſitionis faciendæ, adeoq; actus ad inqviſitionem præparatorius *teſt. Carpz. 3. q. 108. n. 54.* Proceſſus a. inqviſitionis vel generalis eſt vel ſpecialis. Ille eſt Præparatorius ſpecialis ad Inveniendum delictum hactenus incertum, ſine qvo nullo modo adverſus certam perſonam inqviri poteſt *l. 1. §. 24. ff. ad SC. Sylan. l. 5. § 1. eod.*

De eo

De eo a. conſtare debet, vel ex ipſius corporis delicti inſpectione, vel ex aliis probabilibus indiciis, v. g in hoc crimine, denunciatione exſpoliati, fama publica ſpolii &c & Inveſtigandum delinqventem: veluti ſi qvis ſimilia delicta patrare ſolitus ſit, *Gilhauſ. in arb. jud. crim. c. 6. & paſſim*, vel ante tempus ſpolii non habuerit, unde honeſtè vivere potuerit, uti aſſeritur *art. 39 O. C.* von dē Herrnloſen Gardenten Knechten/aliisq; , qvi incertis ſedibus & laribus vagantur, vel ſimilia adſint indicia Judicis arbitrio diſcutienda *Farin. in pr. crim. l. 1. t. 1. q. 45.* Hiſce, qvæ jam dixi, ex inqviſitione generali Judici cognitis, ſuccedit ſpecialis, qvâ in modum delicti, & certam perſonam, in generali inqviſitione ſuſpicionibus gravatam, & præſumptionibus oneratam, Judex inqvirit.

XVIII. Hujus reqviſita ſunt I. ut niſi ſalvum conductum, generalem ſc. qvò in locum judicii tutò ire ac redire poſſit, *C. Cam. tit. 10. §.* doch ſoll Kayſerl. Majeſt. *Carpz. 1. q. 36. n. ult.* (ſpecialem n. impetrare neqvit uti pulchrè oſtendit *Mev. ad J. Lub p. 4. pag. 20*) impetraverit, tunc capiatur atq; in carceretur Reus, ex indiciis vel fortioribus vel levioribus, pro perſonæ nobilis ditisve vel vilis conditione *l. 1. l. 7. ff. d. cuſtod. & exh. reor.* qvanqvam in caſu innocentiæ & abſolutionis faciendæ ſub fidejuſſoribus relaxari debeat *l. 2. C. d. ex hit. & transm. reis ibiq; Brunn. & ib. all. Dd.* Hoc obtinet, ſi rei poſſit haberi copia. Cæterùm abſens & contumax habetur pro convicto, & condemnatur *Struv. all l.* huicq; Principes, Comites, Barones, vel etiam Civitates liberæ pænam banni irrogare poſſunt, *Carpz. 3. q. 140. n. 18. & ſeq. usq; ad n. 33 R. J. d. anno 1521.* vom Landfr. *tit. 7. §* wir wollen aber/ 6 præcedente tamen generali inqviſitione, qvando ex officio Judex inqvirit *Carpz. d. l. n. 50.* II. Ut formentur Articuli, ex qvibus reus ſuper ipſo delicto ejusq; circumſtantiis, & ſuper indiciis, interrogetur, his ſc. qvibus probatis, Reus, ſi negaverit, torturæ ſubjici poteſt, *Berlicb. 1. concl. 12. n. 20.* de ſociis etiā in genere, non tamē in ſpecie de hac vel illa perſona, *O. C. art 31. § 3.* (qvanqvam diſſ. *Carpzov 3. q. 121. n. 28.* non niſi in tortura qvæſtionem de ſocio haberi volens) examinari poteſt: alia enim qvæſtio eſt, an facinoroſi de ſociis interrogādi extra torturam, alia an hæc illorū aſſertio æqvalem mereatur fidem

 *Anton.*

*Anton. Matthæi tit. 15. c. 2. n. 4.* Poſterius non aſſerimus niſi adſint reqviſita *all. art. 31. O. C. Brunm. ad l. 11. C. d. teſtib.*

XIX. Qvod ſi ex ipſius Rei confeſſione conſtet, ipſum non delicti principalis, ſed ſaltem conſilii, atq; auxilii qvoad actum remotum, ſocium fuiſſe v. g. inſtrumenta ad rapiendum ſubminiſtraſſe, non priùs ritè inqviſitio formata cenſetur, ut ex illa convinci & condemnari poſſit Reus, qvàm ſi principales citati vel ſe judicio ſtiterint, examenq; ſubierint *l. 1.* §. 2. C. *d. requir. reis. junct.* C. C. *art. 115. & 206.* ne continentia cauſæ dividatur *l. 1. ff. d. quib. reb. ad eund. judic. l. 1.* C. *d. conſort. lit. junct. l. 4. §. 1. d. alien. jud. mut. Treutl. l. 2. reſolut. 3. d. Jud. n. 3. Gilhauſen in arb. jud. civil. c. 5. ram. 10. n. 50.* Vel contumaces, poſt tria Edicta, pro confeſſis judicati fuerint, banno Germ. die Mordacht illis irrogato, *Mev. ad Jus Lub. p. 4. tit. 1. art. 2.* Carpz. *2. q. 72.* Exſpoliati verò ſi adſint, aliiq; criminis notitiam habentes, utiq; audiri debent, cùm de corpore delicti exactè debeat conſtare *l. 1. §. fin. d. Quæſt. l. 6. ad L. Corn. d. falſ. Farin l 1. q. 1. n. 6. Brunn. in proceſſ. inquiſ. c. 7. in fin.* Hiſce non obſervatis in propoſito caſu *Ampl. Facult. Jur. Roſtocb. Anno 1667. Menſ. Septembr.* pronunciavit inqviſitionem non ritè factam, ad conſultationem SS. zu N. in actis inqviſitionalibus N. N. III. Reqviritur reſponſio rei, ejusq; juſta defenſio, de qva th. 23. IV. Probatio ab Advocato Fiſci, legitimo modo riteq; facienda, vel ab Accuſatore in proceſſu ordinario, de qva th. 21. Hiſce peractis, inqviſiti reſponſio una cum actis inqviſitionalibus judicialiter conſignata O. C. *art. 184. 185.* irrotulatur & ad Collegium JCtorum, ſive ſit Facultas Juridica, ſive Scabinatus, transmittitur, qvod tn. ex C. *Carol. art. ult. verb.* Wo aber die Obrigkeit / qvando Judex in cauſa dubius eſt, de jure Saxon. á qvovis Judice inferiori etiam merum Imperium habente, neceſſariò eſt facienda, *teſt. Carpz 3 q. 116. n. 24.*

XX. Proceſſus criminalis ordinarius, qvando inſtituitur, hæc ferè reqviſita ſubeſſe debent (1) oblatio libelli cum ſupplicatione pro Citatione *l. 3. ff. d. accuſat. l. pen. d. privat. delict.* C. *Carol. art. 69.* una cum articulis ex dicto libello pro lubitu actoris, ſed tn. breviter, extractis, *R. J. d. Anno 1654. §. 41. & 49. verb.* ohn Verſtattung

ſtattung

ſtattung ſondere. qvi tamen merita cauſæ continere debent, utpote veteri articulato libello, cujus multa incommoda recenſet *Blum: proceſſ. Cam. tit. 68. n. 7.* abrogato, *R. J. all. §. 37. 64. & 69.* (2) Satisdatio pro reconventione injuriarum, ſi injuſtè reus accenſatus fuerit, & expenſis litis, *O. C. art. 12. & 13.* (3) Reſponſio rei & qvidē ad ſingulos ab actore formatos articulos, de jure Saxonico & paſſim viva voce *teſt. Carpz. 3. q. 106. n. 77* Hanc ſeqvitur probatio & reprobatio ſeu defenſio rei, de qva infra. Cæterum qvoties indicia ad torturam probata ſunt, deſinunt eſſe partes actoris, judexq; ex officio qvæſtionem exercet *O. crim. art. 46. Carpz. 3. q. 107. n. 58.*

XXI. Facta tali modo accuſatione, vel etiam inqviſitione, Reus aut confitetur delictū, & ſeqvitur ſtatim condemnatio, modò de corpore delicti verè conſtet *l. 1. §. Divus d. quæſt. l. 1. §. item. ad SCt. Sylan. Hyppol. d. Marſil. pr. crim. in pr. n. 5. & in § poſtquā n. 6.* reusq; in illa confeſſione conſtanter perſeveret. *Idem in §. quoniam n. 35.* Aut negat: & qvidē ſi purè; actori incumbit probatio *l. 2. d. probat. § 4. J. d. legat.* & in proceſſu inqviſitorio Judici ex officio vel Fiſcali. *Carpz. 3. q. 107. n. 76.* In proceſſu vero ordinario Actor intentionem ſuam libello inſertam, ac, ſi ad pænas fractæ pacis publicæ agere velit, omnia reqviſita *th. 5.* expoſita, probare debet, *Gail. 1. d. P. P. c. 7. n. 19. & c. 13.* niſi qvod dolus malus ex ipſo facto præſumatur *R. J. d. anno 1594. §.* Ebenermaſſen/ *68.* Alias ſi ad pænam juris communis. *P. & C. d. vi publ. ac privat.* intentionem dirigat ſuā: vi majori & in via publica crimē commiſſum eſſe non attinet probare *jung. Carpz. 2. q. 90. n. 78.* Probatio a. qvâ reus plenè convincitur, ita ut nec torturâ ad confeſſionē ejus extorqvendā opus ſit, *O. C. art. 69. l. 16. C. d. pœn. Guazzin. tract. d. defenſ. defenſ. 5. cap. 9. n. 7.* fieri debet *Vel per* teſtes *l. 3. §. 3. d. teſtib.* ad minimū duos *l. 12. ff. l. 9. §. 1. C. eod.* juratos *l. 9. l. 18. C. d. t.* teſtantes de proprio viſu & auditu, *Rosbach. proceſſ. crim. tit. 5. c. 5.* non de alieno *O. C. art. 65. c. licet ex quad. 47. in pr. X. d. teſtib.* qvamvis diſſentiat *Weſenb. 1. conſil. 20. n. 6. verſ. itaq; & ab eo all. Aug. Beroy conſil. 43. n. ult. vol. 3. & Maſcard.* id de ſpolio antiqvo concedat *vol. 4. prob. 1336. n. 17.* Hoc tamen maximè ſi criminaliter agitur, non eſt concedendum, pro-

ptes *dd. tt.* Vel per facti notorietatem, *c. evidentia X. d. accuſat.* Cæterum an etiam per indicia certa atq; indubitata reus condemnari atq; convinci qveat? in diverſas Dd. abeunt opiniones, qvas recenſet *Sandej. deciſ. Friſicar. l. 9. t. 9. def. 14. Brunn. ad l. ult. C. d. probat.* Sed negativa verior eſt, propter *c. afferte X. d. præſumpt 1. Reg. 3. v. 27.* ubi non legitur Salomonem ad pænam ullam, neqve etiam ſuppoſiti partus damnâſſe mulierem, qvam infantulum oppreſſiſſe indicia ſuadebant. Sed limitatur tamen: Niſi lex indicia proſufficientibus ad condemnandum habeat, exemplo *l. 34. C. ad L. Jul. d. adult. jung. Carpz. 3. q. 120. n. 10. & ſeqv.*

XXII. In defectu plenæ probationis, Judex vel juramentum purgatorium vel torturam reo injungit. Hoc a. non fit absq; indiciis, *Hypp. d. Marſ. §. diligenter. n. 175.* Indicia a capiuntur ex iis, qvæ vel ante delictum, vel in ipſo, vel poſt, fiunt *Cic. l. 2 d. invent. tit. nunc. ad cauſam conjecturalem.* Primi generis, ſunt, fama mala in eodem genere malitiæ v: g. rapinæ, *O. C. art. 6. verb.* durch gemeinen Leumuth berüchtiget.. Converſatio cum raptoribus nulla probabili ratione nitens *Gail. l. 2. d. P. P. c. Cothm. reſponſ. 12. n. 215.* minæ deſpolio factæ, ob qvas etiam tortura imponi poteſt, ſi adſint reqviſita *art. 32. O. C.* qvæ ex hiſce & ſimilibus indiciis, non niſi conjunctis, pro arbitrio tamen Judicis, imponenda venit, ſed juramentum, qvo reus ſe purget, injungitur *Carpz. 3. q. 116. n. 62.* qvo tamen nec ſemper nec indiſtinctè gravandus *c. ex tuarum c. ult. X d purgat. Canon. l. 6. §. 4. verb. ſic ubi depoſitæ C. d. his quis ad Eccleſ. confug.* Secundi generis ſunt, v. g. ſi aliqvis ferè circa tempus delicti ab aliis, in loco delicti vel etiam proximo, viſus eſt obambulare, armis inſtructus *art. 43.* So dan der Verdachte/ qvò etiam pertinet, ſi veſtis tempore ſpolii diſperdita ad aliqvem ſpectet *art. 29.* Ad tertium genus refero, ſi res rapta ab aliqvo detineatur, & is titulum dominii aut poſſeſſionis indicare neqveat, *art. 43. & 38* Si qvis à tempore ſpolii licentioſius pecunias profundere cæperit, antea egenus *art. 39. O. C.* Ex talibus indiciis ut ad torturam deveniri poſſit, reqviritur, ut ſit perſona de tali maleficio ſuſpecta *art. 43. verb.* Iſt es den eine ſolche Perſohn zu der man ſich der Miſſethat verſiehet. Hæc obtinent niſi reus ſe defendere &

re & contrarium probare poſſit *l. 19. ff. de pen. Clem. paſtoralis de ſententia & re iudic. l. 7. C. d. jur. Fiſc.*

XXIII. Eô usq; autem extenditur defenſio, ut Judex ex officio eam ſupplere teneatur *d. l. 19. ff d. pœn. Carpz. 3. q. 115. n. 13.* etiamſi reus ἐν αὐτῷ φώρῳ ſit deprehenſus: Sola enim apprehenſio, ſi non ad ſint alii teſtes præter ipſos apprehenſores, ad torturam ſaltim indicium præbet, ſecundùm *Guazzin. Defenſ. 5. n. 8. jung. Decian. l. 8 c. 4. crim.* Occultare autem talem & capturam differre non debebat defenſor Civitatis *l. 7. & 8. C. d. defenſ. Civit. & ibi Brunm.* Sed ſtatim ad provinciæ præſidem, cui ſpecialis ita graſſantes reprimendi cura erat injuncta Nov. 28 c. 6. mittere plectendũ *Nov. 18. c. 6. §. 1.* qvi ſententiam, contra manifeſtum graſſatorẽ latam, ſtatim exeqvi poterat, etiamſi fuiſſet appellatum *l. 6. §. 9. ff. d. injuſt. rupt. & irr. teſt.* nec incidit in pænam *L. Jul. d. vi publ. l. 7 ff. ad* L. *Jul. d. vi publ.* Idem ferè diſponitur in *R. J. d. anno* 1559. *§.* So nun *26.* de graſſatoribus, qvos ſpoliatus etiam in alieno territorio rectè perſeqvi poteſt §. und haben uns 22. & apprehendere: Tales enim apprehenſi, ſummario proceſſu inſtitutô, de crimine graſſaturæ accuſari & legitimè convinci debent *d. §. 26. & 27.* ut pænæ poſſint ſubjugari. Ut autem ad torturam deveniri poſſit, præfigendus Reo terminus eſt, ad edendas ſuas, ſi qvas habeat, defenſiones, dandaq; ipſi eſt copia, vel ad minimum inſpectio indiciorum, qvæ Judicem ad decernendam torturam movent: *de quibus th. præced. Caprz. 3. q. 115. n. 100. & 101. Guazzin. defenſ. 21. c. 1.* ut ea, ſi poſſit, contrariis præſumptionibus vel probationibus elidat *c. 20. X. d. probat.* vel contra dicta & perſonas teſtium, qvi de indiciis interrogati, excipiat, *Rosbach. proceſſ. crim. tit. 5. c. 10.* Cœterùm, qvod de qvorundam locorum conſuetudine teſtatur *Guazzin. all. l. n. 6.* ſupremam Curiam, malæ conditionis homines, & de graſſatione aliisq; atrocibus delictis infamatos, etiam non auditâ eorum defenſione ſuper indiciis gravantibus, torturæ rectè ſubjicere poſſe, id juſtitiæ non aliter conſentaneum exiſtimo, qvàm ſi de malitiâ inqviſiti conſtet, cumq; nonniſi effugia frivola inaniaq; qværere appareat, *Carpz. all. l. n. 35.* Termino ad indicia purganda elapſo, & torturâ etiam ſubſecutâ, adhuc tamen con-

demnationem evitare poteſt graſſator, producendo teſtem etiam unicum *Carpz. q. 115. n. 75.* affirmantem, reum v. g. tempore ſpolii alio loco, qvàm qvo illud commiſſum dicitur, ſubſtitiſſe, morbo ſontico laboraſſe &c. vel ab alio prius ſpoliatum eum in continenti iterum ſpoliaſſe. *arg. l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm.* Pro ſupplicio autem mitigando faciunt ſeqventes exceptiones. (1) Exceptio, non adfuiſſe ab initio animum lucri faciendi *l. 28. §. 10. verb. prædæ cauſa ff. d. pœn.* non tamen ex poſt facto, ſi ſc. rem raptam iterum pænitentiâ ductus reſtituat, *Carpz. 1. q. 90. n. 55* hoc enim propter antecedentem graſſandi affectum, rariùs ad mitigationem proficere ſolet, *arg. l. 65. l. 54. §. 3. ff. d furt.* ſed benè, ſi ab initio, ſcl. eô ipſo tempore, qvo graſſatur, talis non adfuerit animus, tum ob cauſam ſpoliandi v. g. ob neceſſitatem parendi furoribus Domini, uti dicitur in *l 8. pr. C. ad L. Jul. d. vi. Carpz. 2. q. 91. n. 15.* tum ob conditionem rei qvæ rapitur, ſi ſc. ſit Dominus rei ablatæ, vel ſe eſſe crediderit, qvo caſu proceditur juxta *§. 1. J. d. vi bon. rapt.* niſi & hoc ignoraverit ſe rem amiſiſſe, ſed credat adhuc ſe poſſidere, qvoniam tunc alterum exſpoliando poſſeſſionem ſuam potiùs continuare qvam graſſaturam committere videtur *Brunm. ad l. 1. C. d. appell. c. cum in offic. X. d. teſtam. Menoch. remed. recup. 9. n. 133. Farin. d. pœn. temp. q. 90. n. 37.* tum ob conditionem ſpoliati, ſi qvis ſc. debitorem fugientem conſecutus fuerit, eiq;, qvantum debet, abſtulerit *l. 16. §. 16. ff. quæ in fraud. credit.* Qvod omnino rectè fieri puto, nullâq; pænâ dignum exiſtimo cum *Dn Struv. Diſſert. d. Vind. priv. c. 6. aph. 9.* (2) non fuiſſe graſſationem adeò hoſtilem *l. 2. §. 20. ff. d vi bon. rapt.* & violentam, qvæ ex tractatibus invicem in actu rapinæ habitis *Carpz. 2. q. 90. n. ult. & q 91. n. 4.* reiq; atrocitate *arg. l. 1. § 2. ff. d. vi & vi arm.* æſtimatur. (3) Nec fuiſſe actum illum purè ſpontaneum & abſolutè voluntarium, uti in immodicè ebrio *l. 6. §. 7. verb. per vinum. ff d. re milit.* In minore, vid. ſupra *th. 7. n. 2.* Nec enim aſſentiendum *Sfort. Oddæ tract. d. reſtit. in integr. p. 2. q. 80. n. 78. & ſeqv. usq; ad n. 93.* minoribus planè non eſſe mitigandam pœnam, iis in delictis, qvæ maturæ potius ætati conveniunt, & cum ætate magis accreſcunt, uti ſunt pleraq; delicta, qvæ lucrum ſpectant,

veluti

veluti aſſaſinia, furta, rapinæ, graſſationes &c. Enim verò in his nec Ll. nec Dd. communiter diſtinguunt. *vid. O. crim. art. 164* **von jungen Dieben.** Huc referri poſſunt juſtus dolor, *l. 4. §. 6. ff. d. bon. libert.* ſi qvis longo pòſt tempore, eum à qvo fuit ſpoliatus, iterum exſpoliet, *Carpz. 2. q. 91. n. 36. & ſeq.* Deinde urgens neceſſitas, veluti famis: *Carpz. all. l. n. 48.* vel frigoris immenſi: Unde nimium rigorem oſtendit Henricus Dux Luneburg. qvi S. Cur. Cell. Præfectũ, qvod ruſtico aranti pallium circa viam projectum abſtuliſſet, freno, qvem illius eqvo detraxerat, ipſemet ſuſpendit, *referente Crantz. in Saxon. l. 10. c. 30.* Deniq; qvamlibet etiam fatuam cauſam, cum ea, qvæ impulerint ad delinqvendum, maximè ſint ſpectanda in pœnis, *Grot. l. 2. c. 20. n. 29.* ab ordinaria pœna excuſare etiam in hoc crimine aſſerit *Farin. d. l. q. 90. Carpz. all. n. 45.* & pulchrè *Decian. lib. 8. c. 20. n. 10.* qvod faciliùs obtinet pro conditione perſonarum, qvibus aut rationis imbecillitas, aut privata educatio ſuccurrit, *Grot. all. l. n. 43.* modo fatua illa cauſa & ignorantia juris committatur nõ tam circa ipſiſſima principia juris naturalis generalia, qvæ omnib9 nota ſunt, qvò etiã ſpectat nemini ſuum eſſe rapiendum, ſed circa ea, qvæ ex iisdem remotè deducuntur, v. g. ob hanc vel illam cauſam non eſſe rapiendum *vid. l. 12. §. 3. ff. d. liberal. cauſ.* **Landfr.** *1548 art.* **von Gewalt** *13. C. Cam. p. 2. tit. 10. § 3.* Hæc tamen, cùm ab animo dependeant, qvomodo probentur, *vid. Carpz. 3. q. 146. n. 65. usq; ad fin.*

XXIV. Reus defenſione ſuâ legitimè non deductâ, ſi etiam cauſis ad leniendam pœnam ſufficientibus deſtituatur, pœnâ ordinariâ afficiendus eſt. Puniuntur autem Graſſatores vel ut Raptores, vel ut P. P. violatores, *Carpz. 1. q. 35. n. 35. 36. 37.* Priori caſu de jure civili, publici criminis rei ſunt, & vel de vi publica, ſi cum armis ſpoliaverint, ut raptores tenentur *l. 3. §. fin. ff. d. vi publ.* & deportantur *§. 8. J. d. publ. jud.* niſi in turba id fecerint, tunc enim & capite puniuntur, *arg. l. pen. §. ult. ff. d. t.* Vel de vi privatâ, ſi ſine armis admiſerint, *l. 3. §. 2. junct. l. 5. ff. d. vi priv.* Graſſatores propriè dicti, qvi in viis publicis, cum ferro ſæpius inſtituerunt h. e. conati fuerunt exſpoliare, *ut explicat Carpz. 2. q. 90. n. 27.* capite puniuntur, *l. 28. §. 10. ff. d. pœnis.* Qvod multò magis obtinet, ſi effectus

ſit ſubſecutus *Carpz. all. l.* Ex *Conſt. Carol. art. 126.* pæna gladii indiſtinctè infligitur Graſſatoribus, qvi ipſo actu viatores violenter expilàrunt, ſive ſæpius id fecerint, ſive ſemel; *Hahn. ad Weſenb. parat. d. vi bon. rapt. §. ult. vid. th. anteced. 15. n. 1.* ſive cum turba & coadunatione hominum, (qvam tamen *Conſt. P. P. d. anno 1594.* § **alſo iſt auch** *67.* exigit, excepto caſu §. **Ebenermaſſen** ſubſeqventis) ſive ſine eà violentiam intulerint, *Carpz. all. l.* rapina enim ab uno ut plurimum committitur *Idem 2. q. 91. n. 5.* Illud præterea ex univerſali Germaniæ conſuetudine *d. articulo 126* ſuperadditum eſt, ut Graſſatorum corpus rotæ imponatur. *Mev. ad J. Lub. l. 4 tit. 2. art. 1. n. 8.* Sunt tamen qvi propter rem non adeo magnam, licet rapina vi armatà facta ſit, & in vià regià, deportationem vel condemnationem ad triremes ſtatuunt. *Zieritz. ad CC. art. 126. Fab. in C. Sab. lib 9 tit. de Pœn. def. 7.* Poſteriori caſu obtinet pæna fractæ pacis: Hæc contra graſſatorem præſentem eſt pæna gladii *R. J. d. anno 1555. Aug. ſub. Imp. Ferdinand. I.* §. **wir ſetzen ordnen/** *48. verſ.* **wo ſie in Gefängnis kommen.** Contra abſentem, & ſuſpicionibus indiciisq; gravatum, ſi citatus ad ſe purgandum non comparuerit, decernitur Bannum, *R. J. d. anno 1559.* §. **Im Fall** *29.* qvô qvis à communione civili, omniumq; juris beneficiorum excluditur, vitaq; ejus omnibus publicè exponitur. Idq; qvà totum Imperiū: ſi bannū ſit Imperiale; vel qvà certā provinciā principis inferioris vel alteriùs magiſtrat9, ſi ſit bannū ſpeciale, *Gail. 2. d. P. P. per tot. Carpz. 3. q. 140.* Hæc tamen pæna banni nonnunqvā in pecuniariā immutari poteſt, *Conſt. Camer. d. loc. proximè cit.* Hodie etiā, qvando circumſtantiæ ſuadent, ſupplicium eſſe mitigandum, relegatio, vel ſola, vel cum fuſtigatione infligitur. *Carpz. 2. q. 91. per tot.* qvod prudens Judex diligenter æſtimabit, ne vel cum P. Dolabella accuſatos ad alios judices mittere, vel cum Areopagitis, poſt centum annos ut redeant, jubere cogatur,

*Val. Max lib. 1 c. 1.*

DEO TRINUNO.
Sit Laus Honor & Gloria.

*Ad Florentiſſimum*

# DN. RESPONDENTEM,

Diſputationisq; authorem.

Materies ſævis de graſſatoribus ampla
Qvare ſubridet, dulcis amice, tibi?
Anne, viâ qvod virtutis graſſeris ad alta
Qvævis? Næ, ſtudium perplacet hocce tuum.

*Honoris & amoris ergo*
*ſcrib. L. Mq́.*

**Georgius Radovius, J. U. D.**
*& Prof. Ordinarius, Facultatis ſuæ*
*h. t. Decanus, Academiæq́; Rector.*

*Crimina deſcribis quæ non ſunt laude notanda,*
*Sed quæ lex prohibet, juſtaq́; pœna manet.*
*Sunt Graſſatorum tellus pelagusq́; repleta*
*Turbâ, quæ raptu jura quieta premit.*
*Hinc ſpolia & cædes, violenta rapina, tumultus,*
*Turbida ſeditio, facta nefanda fluunt.*
*Iſtas Tu fraudes & crimina turpia monſtras,*
*Pacem quæ violant pacificumq́; ſtatum.*
*Crimina, quod fateor, non hæc ſunt carmine digna,*
*aſt carmen poſcit doctus, Amice, labor.*
*Perge bono cœpto graſſari in corpore legum,*
*Hanc graſſaturam gloria magna manet.*

Ad Pereximium Dn. Auctorem, Juris utriusq; ſtudioſiſſimum, convictorem ſuum ſuaviſſimum

PRÆSES.

Wer

WEr will nicht Himmel an/ wer will nicht Ruhm er-
langen/
Und küſſen/ durch das Lob/ der blancken Sternen
Wangen?
Ein jeder ſtreb't darnach: es koſtet aber Schweiß/
Und will erlanget ſeyn durch ungeſpahrten Fleiß.
Durch ſchlaffen kömpt man nicht zur hohen Pindus-Spizzen/
Da ſonſt Thymbræus, und die dreymahl dreye ſitzen:
Es muß gewaget ſeyn; durch unverdroß'nen Sinn/
Gelanget man mit Ruhm zu dieſer Spizzen hin.
Wer nun mit groſſen Fleiß/ die kluge Höh' erſtiegen/
Der findet Ruhm und Ehr: es muß ſich vor Ihm ſchmiegen/
Der bleiche Neides-Wurm; weil Ihm zum Fleiſſes
Apollo ſezzet auff die ſchöne Muſen-Krohn. (Lohn/
Der neun Geſchwiſtern Kohr iſt färtig zubeſingen
Was ſeine Kunſt vermag: Sie laſſen lieblich klingen
Die Seiten Ihm zur Ehr; und geben/ für die Müh'/
Im ſtetes grünen Ruhm/ der ohn aufhören blüh'.
Er/ wehrter Freund/ hat auch nach Lob und Ruhm geſtrebet/
In dem Er ämpſiglich im Schweiß und Fleiß gelebet:
Es könit nun an den Tag/ was Er ſtäts früh' und
ſpat/
Aus Büchern durch den Fleiß/ nach Witz geraubet
Drumb folget auch das Lob/ weil Er ſo woll gewachet; (hat.
Nun wird Er für die Müh' von Phœbus angelachet:
Die Muſen grüſſen Ihn/ und machen/ daß ſein Lauff
Nur immer eile fort zur höchſten Stupffen auff.
Wir wünſchen Glück dazu! Apollo wird nicht ſäumen/
Er wird Ihm ſeinen Siz woll wiſſen einzuräumen/
Und geben Ihm nach Luſt des höchſten Fleiſſes-Lohn:
nim hin/ wir gönnens dir/ du rechter Muſen-Sohn.

Solches ſezten zu Ehren die ſämptlichen
Tiſchgenoſſen.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74150572X/phys_0035
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74150572X/phys_0036
DFG

veluti aſſaſinia, furta, rapinæ, graſſationes &c [illegible] in his
nec Ll. nec Dd. communiter diſtinguunt. *vi* [illegible] *t. 164*
**von jungen Dieben.** Huc referri poſſunt ju [illegible] *. §. 6.*
*ff. d. bon. libert.* ſi qvis longo pòſt tempore, eum [illegible] olia-
tus, iterum exſpoliet, *Carpz. 2. q 91. n. 36. & ſe* [illegible] rgens
neceſſitas, veluti famis: *Carpz. all l. n. 48.* vel fri [illegible] : Un-
de nimium rigorem oſtendit Henricus Dux Lu [illegible] Cur.
Cell. Præfectū, qvod ruſtico aranti pallium ci [illegible] ctum
abſtuliſſet, freno, qvem illius eqvo detraxerat, [illegible] ndit,
*referente Crantz. in Saxon. l. 10. c. 30.* Deniq; [illegible] tiam
fatuam cauſam, cum ea, qvæ impulerint ad d [illegible] , ma-
ximè ſint ſpectanda in pœnis, *Grot. l. 2. c. 20.* [illegible] naria
pœna excuſare etiam in hoc crimine aſſerit *Far* [illegible] *arpz.*
*all. n. 45.* & pulchrè *Decian. lib. 8. c. 20. n. 10.* q [illegible] tinet
pro conditione perſonarum, qvibus aut ration [illegible] , aut
privata educatio ſuccurrit, *Grot. all. l. n 43* mod [illegible] uſa &
ignorantia juris committatur nō tam circa ipſi [illegible] juris
naturalis generalia, qvæ omnib9 nota ſunt, qvò [illegible] mini
ſuum eſſe rapiendum, ſed circa ea, qvæ ex iisden [illegible] cun-
tur, v g ob hanc vel illam cauſam non eſſe ra [illegible] *l. 12.*
*§. 3. ff. d. liberal cauſ.* **Landfr** *1548 art.* **von Ge** [illegible] *. p. 2.*
*tit. 10. § 3.* Hæc tamen, cùm ab animo dep [illegible] nodo
probentur, *vid.* Carpz *3. q. 146 n. 65. usq; ad fin* [illegible]

XXIV. Reus defenſione ſuâ legitimè non ded [illegible] auſis
ad leniendam pœnam ſufficientibus deſtituat [illegible] narià
afficiendus eſt. Puniuntur autem Graſſatores [illegible] s, vel
ut P. P. violatores, *Carpz. 1. q 35. n 35. 36 37.* Pric [illegible] civi-
li, publici criminis rei ſunt, & vel de vi publica [illegible] ſpo-
liaverint, ut raptores tenentur *l. 3. §. fin. ff. d. vi* [illegible] rtan-
tur *§ 8. J d. publ. jud.* niſi in turba id fecerint, t [illegible] apite
puniuntur, *arg. l. pen. §. ult. ff. d t Vel* de vi priva [illegible] is ad-
miſerint, *l. 3. §. 2 junct. l. 5. ff. d. vi priv.* G [illegible] opriè
dicti, qvi in viis publicis, cum ferro ſæpius i [illegible] . co-
nati fuerunt exſpoliare, *ut explicati* Carpz. *2. q* [illegible] e pu-
niuntur, *l. 28. §. 10. ff. d. pœnis.* Qvod multò ma [illegible] effe-

ctus